



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Cur Cyrillus Hierosolymitanus episcopus abdicatus sit, & et mutuæ  
episcoporum tunc temporis dissentiones, & quòd Meletius ab Arianis  
ordinatus ad Sebastiae episcopatum, pulso Eustathio euectus est. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

cuniz sacerdotij administrationi anteponebant, & scriptis planè testabant, se malle cum opibus villo ecclesiastico ministerio fungi, q̄ sine illis episcopatū gerere. Deniq; Elpidiū abdicat, primū quòd se sociū Basilio, quò tumultus ciceretur, adiūxisset & author exitisset seditionis: deinde quòd Eusebiū gradu dimotū, cōtra decreta cōcilij Melitū nensis ad dignitatē presbyterij restituisset: postremò quòd Nectariā quandam, cui propter pactū & iusiurādum violatū ecclesie cōmunionē interdictū esset, ministerio ecclesie præfecisset, idq; cū per leges ecclesie ei nullā dignitatem ecclesiasticam deferre liceret.

*Cur Cyrillus Hierosolymitanus episcopus abdicatus sit, et  
mutæ episcoporum tunc temporis dissensiones, &  
quòd Meletius ab Arianis ordinatus ad Seba-  
stie episcopatum, pulso Eustathio euectus est.*

## CAPVT XXIIII.

**P**ORTÒ vnà cū istis Cyrillus episcopus Hierosolomitanus abdicatur, p̄pterea quòd cū Eustathio & Elpidio, qui cōcilio Melitinensi (cui etiā ipse interfuisset) obnoxè aduersabantur, cōmunicasset: quodq; post abdicationē in Palestina factā veniret cum Basilio, & Georgio episcopo Laodiceæ in cōmunionē: atq; q̄ cum episcopus Hierosolymorū cōstitutus esset, velut sedis iā apostolicæ antistes, cū Acacio episcopo Cæsareæ de iure metropolitano discessisset. Vnde factū est, vt inimicitias inter se suscipent, & alter alterum, vtpote non verè sincereq; de deo sentientem criminaretur. Etenim vterq; antè in suspicionē venerat, alter, quòd doctrinæ Arii faueret, alter, Cyrillus scilicet, quòd eos, qui filiū patri cōsubstantialē assererēt, seque ref. Itaq; Acacius, cū hoc animo esset, reliquis episcopis eius gentis, eiusq; opinionis fautoribus in vnū cōuocatis, ipse prius Cyrillum tali de causā abdicat. Cū famēs agrū Hierosolomitanū occuparet, multitudo rebus ad victū necessarijs destituta, ad Cyrillū, vtpote episcopū, opis implorādæ causā cōfugit. Cui cū pecuniæ ad eā subleuandā nō suppetere, thesaurū ecclesie, & sacra aulæ vendidit. Quare cōfecta, fama est quēdā animaduertisse mulierē scenicā monimēto prætioso, quod ipse ecclesie donauerat, amictā esse, curiose ab ea quæsiuisse, vnde illud haberet: cōperisse merca-

rifse merca-

SOZOMENI HISTOR.

mercatores ei vendidisse, mercatori autem episcopum. Acacium vero, hac causa allata, Cyrillum addicasse. Quam rem ita se habere auditione equidem acceperunt. Episcopos autem, quos abdicatos esse supra demonstrauimus, Acaciani Constantinopoli expulerunt. Alii vero, qui unam cum illis adhuc erant, ad decem numero, qui abdicationi istorum episcoporum subscribere nolabant, mandatum dederunt, ut separatim ab aliis ad tempus aetatem degerent, & neque diuino fungerentur ministerio, neque ecclesias usque eo administrarent, quoad abdicationi illi subscriberent. Quod si non intra sex menses resipiscerent, & omnibus huius concilii decretis actisque assentirentur, futurum esse, ut illi quoque abdicarentur, & episcopi cuiusque gentis in unum conuenientes, alios in eorum loca sufficerent. Vbi vero haeres ab illis non deliberata solum, verum etiam re ipsa perfecta sunt, scribunt ad omnes omnium gentium episcopos clericosque, ut has obseruent, atque adeo exequantur. Non multo vero post, ab Eudoxianis alij in aliorum loca substituti sunt. Nam Eudoxius ipse in locum Macedonii, Athanasius in locum Basilii, & Eudonius, qui auctor postea fuit haeresis cuiusdam suo nomine appellatae, in locum Eleusij surrogatus est. Denique pro Eustathio Meletius ecclesiae Sebastiae constituitur episcopus.

*Macedonij episcopi Constantinopolitani mors, & quid inter docendum dixerit Eudoxius, & quod Eudoxius & Acacius summopere contendebant, ut tum Nicenam, tum Ariminensem fidem, e medio tollerent, & quatenus hinc tumultus ecclesiae euenerit. CAPVT XXV.*

**M**acedonius vero ecclesiae Constantinopolitanae episcopatu abdicatus, quodam in loco circa portas urbis reliquum tempus aetatis degit, ibique mortem oppetit. Eudoxius autem illius ecclesiae capessit gubernacula. Ad decimum vero consulatum Constantii, Iuliani vero Caesaris tertium, primo tempore, quo conuentus in dedicatione magnae illius ecclesiae, quam sapientiae nomine nuncupant, agebatur, fertur Eudoxium, consensu episcopi folio, quod populum doceret, in ipso concionis exordio dixisse: Patrem impium esse,